

minimū quoque trium dierum ad producendum quidquid sibi placuerit in sui defensionem; insuper illi oblatas, & assignatus fuit in Consiliarium N. prout presentī decreto dictas terminus dierum trium, & dictas N. Consiliarius assignantur. Datum, &c. Die N. mensis N. anno N.

Fr. N. Provincialis Minister.

Fr. N. Assistent.

Fr. N. Assistent.

Die N. de mandato prefati, &c. per me Actuarium assignatus fuit processus ipsi N. reo, & ipse illum acceptavit gratias agens: in fidem me subscripsi.

Ego N. Actuarium.

Si reus, vel Consiliarius petat prorogari dictam terminum trium dierum, petitionem in scriptis exeat hac forma.

Forma petitionis ad prorogandum terminum defensionum.

Coram R. P. N. comparet N. Consiliarius N. rei pretenti, & petit sibi prorogari terminum ad ipsius rei defensionis faciendam, cum terminus fuerit, reus, nec possit intra dictam terminum dictas defensiones perficere: qua propter supplicat isto, & omni meliori modo, ut sibi provideatur.

Fr. N. Consiliarius N. rei.

Actuarium super petitionem scribat hac verba. Presentata fuit per ipsam N. Consiliarium. Die, &c.

Decretum prorogationis.

Perpenſa rationabili petitione N. Consiliarii pretenti rei prefatus N. ipsam admittens, præcepti prorogari terminum iam concessum, concedens alios tres dies. Dat. in Monasterio N. die N. &c.

Fr. N. Provincialis Minister.

Fr. N. Assistent.

Fr. N. Assistent.

Postquam verò reo Consiliarius de ipsius consenta datus fuerit; ipsius Consiliarii partes erunt in primis, animadvertere, ne iniustam causam iniuste defendendam suscipiat. Quare id ante omnia reo protestate debet, & sibi illud ipse aperte innocens, causæ patrocinium deserat, ne iniusto aliorum patrocinio, iustam sibi ipsi damnationem acquirat.

At ubi causa dubia fuerit, ipsius manus erit de eiusdem causæ sinu capta pro rei defensione deprecare, quibus, vel crimen incredibile, vel impossibile, vel illi falso obiectum ostendat. Si causa via accusationis agitur, nonnulla interrogatoria ex ipso crimine obiecto concepta Iudici exhiberi poterit, de quibus accusatorem interrogari poterit, veluti si de illato vulnere reus criminatus fuerit, Iudici suggerere poterit, ut accusatori de loco, de tempore, cæterisque causæ adiacentibus circumstantiis interroget. Quod si vel per tale hora, tali loco vulnus a reo responsum fuerit, contra Consiliarium elaborabit, ut testibus adhibitis, id nullo modo tali loco, tali tempore a reo patrarī potuisse, cum ibi in eo loco tali hora non adesset, sed alio certo loco.

Vel si Index via inquisitionis procedat, testes pro reo interrogari petat, qui indicia, ac criminis circumstantias evacuent. Caveat tamen ne dum reo patrocinatur, aliorum crimina colligat, que libelli famosi, potius, quam honeste defensionis speciem præferant.

Porro Index huiusmodi allegationum articulos, qui a Consiliario rei offeruntur, benignè accipiat, & accuratè perlegat: & si quæ in eis infamatoria, vel aperte falsa, vel libellum famosum præferentia, vel in aliorum præiudicium redundantia, offenderit; ijs obliteratis, reliqua in actis ab Actuario inseri iubeat, hoc modo.

Presentati fuerunt presentis articuli per N. Consiliarium N. rei. Die N. mensis N. anno N. Deinde decretum edat in hanc formam.

Forma decreti pro articulis Consiliarii recipiendis.

Cum N. Consiliarius N. rei presentis comparuisset coram R. P. Ministro Provinciali, rogans ipsos articulos probatorios admitti, & super illis examinari testes ibidem nominatos pro defensione dicti N. rei presentis. Visum fuit ipso R. P. Provinciali Ministro ipsos admittere, si et in quantum prout presentis decreto admisissent. Dat. in Conventu N. die N. &c.

Fr. N. de N. Minister Provincialis.

Fr. N. de N. Assistent.

Postea examinentur testes a reo propositi, iuxta formam superius traditam: à quibus si aliorum testium dicta, & indicia, que contra reum allata sunt, plenè evacuata fuerint, reus ipse absolvendus erit: si verò adeo extenuata appareant, ut torture locus relictus non sit, Index in causa ulterius non progredietur, sed reus absolvat, donec aliud appareat. At verò si probationibus, ac indicijs, que contra reum resultant, nullatenus, vel quam minimum ab ijs derogatum fuerit: nihilque pro parte rei deductum fuerit intra terminum illi ad suas defensiones præscriptam, tandem de consilio Discretorum tormentis subijci poterit, nisi persona valde insignis fuerit, quam pœna potius extraordinaria plecti, quàm torture subijci expediat: quod Iudicis potissimum arbitrio iudicandum insidet.

Porro ad huiusmodi rigorosum examen ea tormentorum genera apud nos adhibenda fore diximus, que antiquo Religionis usū sunt recepta, nempe carcerem, compedes, manicas ferreas, cibi, & potus abstinentiam, flagellationem virgis, vel discipulæ alterius manu factam, atque alia huiusmodi Ræro verò, & non nisi de admodum R. P. Generalis Ministri mandato funis tormento utendum est. Quare Index animadvertat, ne novum, aut exquisitum, vel insolitum tormenti genus ad eorum torturam excoget; sed ordinarijs contentus, ijs etiam sobriè, ac temperatè utatur; ne in reo torquendo modum, aut tempus excedat. Modus quidem servandus est, ne immanis, aut severioris tormentorum generis, quam Religiosos viros decet, in eos animadvertant: quos mitius torquendum esse iniuriam, ac Doctorem omnium

con

concordat auctoritas. Temporis quoque ratio in eunda ead, ut qualitate personarum, & delicti, ac indiciorum gravitate spectata, necnon tormenti ratione habita sua cuiuslibet tormento congrua tempora serventur.

His itaque prælibatis, cum Index rei torturam agredi voluerit, prius decretum edat, in quo torture genus, quo reus torquendus erit, expresse declaret, in hanc formam.

Forma decreti quando inferitur tormentum flagellationis.

Tunc prefatus, &c. viso, &c. stantibus, &c. Pro veritate habenda ab ipso constituto, cum aliter ab eo haberi non posset, de consilio Discretorum mandavit, prout presentī decreto mandat, ipsam constitutum adduci ad locum torture, ibique spoliari, & fune manus ante faciem alligari, & virgis cædi. Actum, &c. In Conventu N. die N. mensis N. anno N.

Fr. N. de N. Provincialis Minister.

Fr. N. de N. Assistent.

Fr. N. de N. Assistent.

Fr. N. de N. Assistent.

Ducto reo ad torture locum, dum habitu spoliatur, graviter a Iudice admonendus erit, ut antequam tormenta subeat, veritatem sponte fateatur: quam si fateri noluerit, iubeat eum Index virgis cædi (virgarum interrogationibus interpolando) que omnia tam interrogations, quam responsiones scribantur in actis hoc modo.

Qui sic adductus, quam spoliaretur, & ligaretur, fuit pluries per prefatum R. P. Provinciale Minister, benignè monitus, ut veritatem fateretur, & non patiar virgis cædi, prout cæderet, si in ea pertinacia permaneret. Resp.

Tunc prefatus, &c. viso quod d. N. constitutus in obstinatione persisteret, mandavit illum virgis cædi: qui cum sic cæderetur clamare cepit. O Dios mio! O Dios mio!

Interrogatus: An velis fateri veritatem? Resp.

Ex tunc mandavit eundem durius virgis cædi.

Interrogatus iterum, & monitus, ut à sua obstinatione recedat? Resp.

Hora verò media elapsa, si crimen falsum non fuerit, Actuarium in actis scribat.

Tunc prefatus, &c. Cum videret ipsum constitutum in sua negatione persistere, & nolle aliud dicere, mandavit eundem dissolvi, ac vestiri, & in carcerem reponi animo, &c. Cum itersum in dicto tormento per spatium mediæ horæ, computatis etiam intervallis monitorijs.

Hac eadem forma Index in alijs quoque tormentorum generibus uti poterit, veluti funis, aut vigilie, si quando ijs illa vi liceat.

Dam verò reus est in tortura, nonnulla à Iudice observanda sunt.

Primum. Ut reus de omnibus his sigillatim interrogetur, de quibus contra illum extant indicia, admonendo illum, ut verum fateatur. Abstineat tamen

Index ab omni suggestionis specie; ne scilicet reo suggerat sub aliqua recti spe, aut impunitatis spe, aut promissione aliqua, ut crimen detegat; ab his enim omnino Iudici abstinentum est, vel alibi dictum fuit.

Secundo. Cunctas ipsius responsiones, sermones, verba, que in tormentis protulerit, inò, & ipsa suspiria, & lacrymæ, quas effuderit, à Iudice diligenter observentur: & in processu ab Actuario adamussim describantur.

Tertio. Index animadvertere debet, ne tempus torture excedat: quod tum ex qualitate personarum, tum delictorum, tum indiciorum, tum etiam tormenti ipsius natura dispiciendum est; ita ut tormentum funis pro qualibet vice horam non excedat, cuius quilibet momenta commensuranda sunt: id circo horologium pulveris habere debet, ut quilibet horæ lapsus cognoscatur. Tormentum flagellationis ad quartam horæ partem, vel ad summum ad mediæ protrahatur. Vigiliæ ad decem horarum tempus, Sybillorum ad triūm Pater noster recitationem. Caveat quoque ne reum torture subijciat, nisi post septem saltem horarum spacium à cibo elapsum.

Quarto. Si reus fateatur delictum, de quo principi paliter agitur, poterit in eisdem tormentis interrogari de causa, qua illum ad illud delictum perpetrandum movit: necnon de alijs delictis ab ipso verisimiliter commissis, quamvis nulla adint indicia, præsertim si persona sit suspecta, ac male famæ, & solita delinquere. Poterit quoque de socijs, & complicitis interrogare, maxime si delictum tale fuerit, quod in genere tantum, non in specie interrogandi sunt, præmissa protestatione, quod super prædicta reum interrogat absque præiudicio criminum, que confessus est, & iurium ex dicta confessione acquisitorum: & si aliqua condemnatio præcedat sine præiudicio condemnationis contra ipsam latæ notorietatis criminis inde sequuntur, & aliorum iurium Fisco acquisitorum, & quo modolibet dicta de causâ competentium. Quam omnia ab Actuario in processu describi, & notari curabitur.

Quinto. Observandum est torturam semel reo illatam iterum repeti posse, si iustè repetendi causæ Iudici subsint. Iustæ verò causæ sunt, si crimen sit immanens: si indicia sunt valde vagantia, & gravia: si tortura prius illata fuerit levis: si repetitur, ut pandantur socijs, mandatores alia delicta delinquendi causæ, ut superius dictum fuit. Denique rei conditio spectanda est, videlicet: si reus sit robustus, tormentaque parvisacerere videantur, secus est, si sit debilioris naturæ, vel passus sit emissionem sanguinis, vel vulnus in peccore habuerit, vel patiar difficultatem anhelitus, vel nimis crassus, ac obesus fuerit, vel aliquo morbo detineatur, cum his enim miris est agendum.

Forma decreti pro repetenda torture.

Tunc prefatus, &c. Viso rigoroso examine habito hec terna die à Fr. N. in tormentis, eoque maturè considerato, necnon perfectis præcedentibus examinationibus de plano eiusdem Fr. N. decrevimus ipsum deo

da

ducendum in locum tormentorum, rursusque admonendum, ut veritatem fateatur, facta sibi comminatio de illo iterum torturæ subliens, et prout præfati decreto prædicta de causa adduci ipsam Fr. N. in dictum locum, & torqueri mandamus. Dat. &c. die N. mensis N. anno, &c.

Fr. N. de N. *Minister Provincialis.*
Fr. N. de N. *Assistent.*
Fr. N. de N. *Assistent.*
Fr. N. de N. *Actuarius.*

Forma secunda, quando infertur tormentum finis.

Cum annoente admodum R. P. Generali Ministro, finis tormentum alicui adhibendum fuerit, ducto reo ad torturæ locum, ita ab Actuario in actis scribatur.

Die N. mensis N. anno N. constitutus N. de N. & carceribus eductus, coram admodum R. P. N. de N. Province. Min. & RR. PP. N. de N. sibi in hac causa assistentibus, adductus, interrogatus, & monitus à præfato R. P. Provinciali Ministro, ut ad veritatem clarè enucleandam se disponat, nec expectet, quod pro illa eruenda ad opportuna iuris, & facti remedia contra ipsum deveniant. Respondit se veritatem dixisse.

Tunc præfatus R. P. Minister, &c. visa pertinacia, & obtinatione ipsius constituti, visisque, & consideratis diligenter indicijs contra ipsam existentibus, mandavit ipsam spoliari, ligari, & funi applicari. Quia dum spoliaretur, & ligaretur iterum fuit à prædicto R. P. N. benigne monitus, & hortatus, ut tandem libere veritatem dicat, nec expectet, quod in funem elevetur, prout elevabitur, si adhuc in obtinatione persistat. Resp.

Tunc præfatus, &c. & cum animadverteret ipsam constitutam in pertinacia permanere, tam spoliatum, ligatum, & funi applicatum, mandavit sursum elevari: qui sic elevatus, cepit clamando dicere: Ay! ay! O Dios mio! O Santa Maria, ayudame!

Solent iudices, cum reus robustus est, & torturam videtur parvipendere, mandare, ut finis modicum baculo quatitur, & moveatur, abique ictibus: quandoque etiam, ut integri cæus repetantur, vel etiam ferrei compedes ipsius pedibus apponantur, vel alia pondera addantur, aut baculus eidem pedibus alligetur, ut distractis tibialibus pendat: quæ omnia iudicis prudentiæ, ac iudicio relinquuntur. De his in processu mentio fieri debet, & ab Actuario describi his verbis.

Interrogatus, & monitus, ut non patiatu'r se vicerius in tormento detineri, sed veritatem fateatur, respondit se aliud non posse dicere.

Tunc præfatus, &c. videns ipsam constitutam torturam parvipendere, & præ corporis robore tormentum non sentire, mandavit funem modicum quallari, & moveri abique ictibus.

Quæ sic mota, & quallata interrogatus. Resp. Se nihil aliud velle dicere.

Tunc præfatus, &c. mandavit ipsam duobus finis ictibus aspicere: qui sic affectus exclamavit: O Dios mio! O Jesus mio! et postea tacuit.

Tunc præfatus, &c. mandavit ad ipsius pedes baculum alligari, ut distractis tibialibus pendere: quo apposito, & ligato, &c. interrogatus, &c. Resp.

Tunc præfatus, &c. mandavit ad eius pedes apponi compedes ferreos, vel alligari lapidem ponderis librarum, &c.

Quibus apposisis cepit exclamare: O que crueldad!

Et monitus, ut veritatem dicat; respondit: Baxenme de aqui, que yo dire la verdad.

Et dicto sibi, ut incipiat dicere, & postea deponatur. Resp. No puedo decir cosa acá arriba, baxenme, que yo lo dire.

Tunc præfatus R. P. &c. stante promisso supra dicto, & ad effectum prædictum tantum, &c.

Animo tamen, &c. mandavit ipsam constitutam leviter de tortura deponi, & super scamno ligneo accommodari.

Qui cum fuisset depositus, & scamno ligneo accommodatus, interrogatus, ut promissam veritatem fateatur. Resp. Qué quieren que diga? Yo he dicho la verdad, y lo que puedo decir.

Et monitus, ut ab huiusmodi subterfugijs recedat, & promissam veritatem fateatur: quia alioquin repetentur tormenta, & rursus in altum elevabitur. Resp. Hagan lo que quisieren, que yo no dire otra cosa.

Et tunc præfatus, &c. mandavit ipsam constitutam in altum elevari; qui ita elevatus cepit exclamare: O Dios mio! O Dios mio! Et post paululum dixit: Baxenme, que quiero dar del cuerpo, baxenme, que rebiento.

Tunc præfatus, &c. ad effectum, ut alvum exoneraret, mandavit ipsam constitutam leviter de tortura deponi.

Qui sic depositus, & facta sibi per præfatum, &c. facultate corpus levandi, mox reductus coram præfatum, &c. et admonitus, ut veritatem manifestaret. Resp. Qué quieren que diga, diganmelo, y dire lo mismo, mas no que yo aya hecho tal cosa.

Ex tunc cum præfatus, &c. videret dictum constitutum in obtinatione persistere, mandavit iterum in funem elevari ad continuanda tormenta.

Qui sic elevatus nihil dixit: Et licet pluries per præfatum, &c. interrogatus, ac monitus fuisset, nihil tamen inquam respondere voluit.

Et cum steterit ita in tortura finis elevatus per spacium vnius horæ integræ, iuxta horologium pulveris: præfatus, &c. mandavit ipsam constitutam leviter deponi, solvi, brachia reaptari, indui, & in carcerem reduci. Animo, &c.

Hinc elici possunt formulæ, quibus Iudex in alijs tormentis uti potest.

Quod si reus in tormentis deficiat, quod Iudex ex his, que reo in tormento accidunt facere, dignoscere poterit, ut puta si spumas ex ore emittat, si palecat nimis, si in sudorem veretur, si loqui non possit, ac limilia: ex his si Iudex verè, & non simulacrum in tormento deficere deprehenderit, statim mandet de tormento deponi, & Actuarius describat in processu, tam modum deficiendi, quam depositionem de tor-

mento, alperionem aquæ, vel acetum in faciem rei, qui deficit, vel alia remedia adhibita: omneque denique ipsius motus diligentissimè exprimat in hanc formam.

Et cum dictus constitutus videretur in tormentis deficere, &c. præfatus, &c. mandavit ipsam leviter de tortura deponi, & super sede lignea accommodari.

Qui sic depositus, & super dicta, sede lignea accommodatus, cum licet pluries Interrogatus, commotus, & conclusus responsum non daret, nec ad animu' rediret, imò summum totum imaginem præferret; præfatus, &c. mandavit in eius faciem aquam frigidam guttatim inspergi, vel eius frontem, & tempora, & nares, & guttur acetum rosace madefieri, vel nares ipsius sulphure, aut lino accentu suffragari.

Quibus peractis prædictis constitutus ad se rediens, fuit per præfatum, &c. interrogatus, &c.

Si vera deliquij signa fuerint, Iudex vicerius ad torturam non procedat: & si dubitaverit deliquium à reo committitè simulari, poterit Iudex Medicum prudentem adhibere, qui bene visio, & inspecto reo, & pulsibus, fronte, & pectore, manu præsentatis fidem faciat, eum nullo morbo laborare: qua Medici depositione habita, & si fieri absque scandalo valeat, medio illius iuramento firmata, deus ad viceriorem torturam poterit progredi hac forma.

Tunc præfatus, &c. visis, & auditis prædictis, mandavit ipsam constitutam rursus in funem elevari: & prosequatur, ut supra.

De his, que servari debent post confessionem rei, per tormenta factam.

Reo, de quo crimen inquisitum est in tormentis, confitenti credendum non est, nisi illud idem extra locum torturæ falsus fuerit. Quamobrem postea die iterum debet constitui, ut ea ratificet, que in tormentis est confessus. Constituto igitur reo coram Iudice, propria ipsius confessio hebeterna die facta ab Actuario de verbo ad verbum clara, & alta voce legi debet, & in actis describi hac forma.

Constitutus personaliter, &c. coram præfato, &c. in tali loco die N. mensis N. anno N. Qui delato sibi iuramento veritatis dicenda, prout tactis scripturis, vel tacto pectore, &c. iuravit.

Interrogatus: An præter ea, que superius dixit in alijs suis constitutus, & præteritum, que falsus fuit in examine hebeterno, velit aliquid ex se ipso dicere: & quid? Resp. &c.

Interrogatus: An ea omnia, que hebeterna die in tormentis falsus est, vera fuerint, necne, & ut vera constiterint? Resp.

Interrogatus: An sit paratus, & velit modo extra torturam ea omnia approbare, & ratificare? Resp.

Tunc præfatus, &c. mandavit mihi Actuario, ut ad claram ipsius constituti intelligentiam, dictum eius examen de verbo ad verbum legere, prout iacet in processu.

Quo lecto, & per ipsam constitutam bene audito, & intellecto, ut ipse allegavit, fuit à præfato, &c.

Interrogatus: An prædicta, que illi modo lecta sunt, fuerint ab ipso dicta, & deposita eo modo, & forma, qua iacent in dicto examine? Resp.

Interrogatus: An prædictis velit aliquid addere, aut demere; an verò potius intendat ea omnia ratificare, & approbare, & an re ipsa prædicta omnia, & singula, tamquam vera, & à te confessà approbet, & ratificet? Resp.

Et præfato, &c. dicente, & ipsum constitutum admonente, ut bene advertat: an aliquid in dicto examine dixerit, quod verum non sit, vel negaverit, quod verum sit, & illud addat, vel cotrigat, præsertim, si alicui falsa imposuit? Resp.

Interrogatus: An ergo prædicta approbet, ac ratificet in omnibus, & per omnia, prout iacent? Resp.

Hæc ratificationi audita Iudex libeat reo, vel præfato dictæ ratificatione manu propria subscribat, vel signum faciat, si scribere neiciat. Tum verò tale decretum edat.

Tunc præfatus, &c. sedens, &c. acceptatis, &c. examina dimisit, & mandavit sibi exhibere copiam dictæ sue confessionis, & constitutorum cum terminis trium dierum ad suas defensiones peragendas omni meliori modo prout præfati decreto mandavit. Dat. &c. in tali loco, &c. die N. mensis N. anno N.

Fr. N. *Provincialis Administrator.*
Fr. N. *Assistent.*
Fr. N. *Assistent.*

Et cum per me Actuarium fuisset intrinsecus dictum decretum prædicto N. reo, & ipsius Consiliario, ipsi gratias egerunt: & in fidem veritatis me subscripsi. Die, &c.

Fr. N. *Actuarius.*

Animadvertatque Iudex, quod quamvis hic triam dierum terminus ad minus temporis spatium contrahi possit, semper tamen dandus est, tamen illum reus non petat; ne indefensus condemnetur: præsertim cum reus adversus propriam confessionem possit excepiones offerre, ut alias dictum est.

Forma repetendi torturam ad socios, & alia rei delicta sequenda.

Ratificatione principalis delicti à reo facta, si delictum tale fuerit, ut verisimile sit illud absque socijs, auxiliatoribus, aut fautoribus perpetratum non fuisse. Iterum reus torqueri solet, ut et principales delicti complices, ac socios detegat, & alia delicta, si que commisit, aperiat: quod tunc potissimum fit cum reus est male vitæ, & conditionis, et solitus delinquere: mala enim fama rei, ac consuetudo delinquenti di, si ex processu constet, post confessionem delicti reum indicant, ut generaliter ab eo de alijs delictis generaliter inquiri possit. At mitior in his debet adhiberi tortura, quam semper præcedere debet necessitas Iudicis protectio, que in formula exarabitur, ne rei confessio eveneret. Cavendum quoque erit Iudici, ne dum reus hoc secundo modo torquetur, ipsam super delicto principali interroget, aut interrogatoria torquet per ea verba: Et opportune interro-

gatus, &c. Resp. &c. vel Interrogatus, ad opportu-
nam interrogationem resp. Hoc enim modo prote-
stationi prædictæ renuisse videretur. Debet enim
reus interrogari in genere tantum de socijs, & com-
plices, & alijs criminibus, neminem nominando,
neque aliquid delictum specificando.

Quod si interdum contingat, reum, cum interro-
gatus de socijs, delictum principale negare, quod iam
confessus fuerat; Iudex dictam responsonem scribi
iubeat, non quasi interrogatorio suo datam, sed tam-
quam ab ipso reo vltro prolata, hoc modo. Deinde
dixit ex se ipso: Ego nunquam commisi tale deli-
ctum; falso mihi illud imputatur. Hoc enim omnes
ambiguitates tollantur; nec dicta retractatio quid-
quam priori confessioni obest.

Formula autem hæc erit.

Interrogatus, vt pro vteriori veritate dicat, quos
socios ipse constitutus habuerit, ac complices in di-
cto delicto perpetrando, & pariter dicat, quæ alia de-
licta commiserit. Resp. Ego nullos habui socios in
eo delicto, vel vnum tantum habui, nimirum N. ne-
que vllum aliud vquam facinus perpetravi.

Si ex processu constet plures habuisse socios, vlti-
oribus interrogetur.

Et præfatus, &c. dicente non esse verisimile, quod
nullos, vel alios complices non habuerit, præsertim
cum tale facinus, abique personarum, seu plurium
personarum admittendo committi non potuerit, prout
quisque sanæ mentis conjicere potest ex qualitate fa-
cti, atque eo magis cum in processu alij socij nomi-
nati reperiantur; id circo illos nominet, & pariter di-
cat, quæ alia delicta commiserit; alioquin contra ipsam
ad opportuna iuris, & facti remedia devenietur.
Resp.

Decretum repetitionis torture.

Tunc præfatus, &c. visis, & consideratis productis
in actis contra N. reum confessum, & depositionibus
testium dicentium N. reum à pluribus associatum
fuisse, quam sint nominati ab ipso in sua depositione.
Considerata itaque qualitate delicti perpetrati iam
confessi, quod omnino quique prudens iudicabit
committi non potuisse, abique socijs, vel solum cum
vnicò socio, & veritas circa alios socios difficilimè ab
alijs, quam ab ipso N. reo confesso haberi possit; at-
tenta quoque persona ipsius N. rei, qui mala fama la-
borat, & solius est delinquere: vnde credendum est,
quod alia quoque commiserit delicta, quandoquid-
dem prædicta ab eo aliter haberi non possunt. Man-
davit ipsam N. vel adduci ad locum torture, ibique
spoliari, ligari, flagellis caedi, vel funi applicari, & hoc
sine præiudicio quorumcumque iurium curæ, quo-
modocumque, & qualitercumque competentium, &
acquiritorum, de quibus ipse N. quomodocumque
esset convinctus, vel confessus: super quibus nullo
modo præfatus admod. R. P. &c. non intendit ipsum
torqueri, quinimo expressè protestatur ipsum super
illis se non torquere; & huiusmodi protestationem in

quolibet acta repetitam fore, & esse debere, & intendit,
& quod repetita pro sepe habeatur supra dicta pro-
testatio; sed tantum ipsam N. torquendam intendit pro
vteriori veritate habenda, super alijs criminibus per
ipsum verisimiliter commissis, & super complices,
factoribus, & auxiliatoribus, & non alijs aliter, nec
alio modo de quo solemniter, & expressè, ac omni
meliori modo, protestatus fuit, & protestatur. Die N.
mensis N. anno N.

Fr. N. Minister Provincialis.

Fr. N. Assistent.

Fr. N. Assistent.

Fr. N. Actuarium.

Decretum huiusmodi reo non intimabitur, sed eo
in actis descripto, Iudex præcipiat reum duci ad lo-
cum torture: tunc verò in actis scribatur.

Et enim fuisse N. constitutus, spoliatus, ligatus, &
fui applicatus, præfatus R. P. rursus benigne in vni-
dictum N. vt integram veritatem dicat super alijs
delictis à se verisimiliter commissis, & noniam co-
fessis, & super socijs, & auxiliatoribus, &c. Resp.

Tunc præfatus, &c. repetita protestatione de qua
supra, illique firmiter inherendo, mandavit ipsam N.
flagellis caedi, vel in altum elevari, qui flagellis caesus,
vel in altum elevatus, cepit dicere: Ay! ay! O Santa
Marta! & deinde tacuit.

Et iterum monitus à præfato R. P. &c. vt à sua ob-
stinatione recedat, & manifestet complices, auxiliato-
res, & factores principalis delicti iam confessi, & præ-
sertim alia delicta verisimiliter commissa. Resp. &c.
Deinde dixit ex se: Iniuste torqueor: quia nullum de-
lictum commisi, neque illud, quod prius confessus
sum: qua propter confessionem revoco: quia mentis
sum.

Et præfatus, &c. dicente quod non interrogatus
amplius super dicto delicto principalis quia iam ipse
C. super hoc est confessus, & confessionem suam non
potest amplius in dubiam revocare, sed tantummodo
interrogatus de socijs, & complices, & alijs de-
lictis; id circo ad hæc tantum responderet. Resp. ne-
gando, &c.

Reo igitur super prædictis sufficere ad arbitrium
Iudicis torto, poterit Iudex præcipere, vt leviter de
tortore deponatur, & describatur in actis.

Tunc præfatus, &c. acceptatis, &c. cum aliud à di-
cto C. haberi non posset, mandavit illum leviter de
tortura deponi, cum permāisset in ea suspensus sine
aliqua qualitate per spatium vnius horæ, vel cum
fuisse flagellis caesus per partem horæ, dissolvi, bra-
chia respargi, revelari, & ad carceres duci cum ter-
mino trium dierum ad dicendum, prædicendum, &
probandum quidquid voluerit in sui defensionem.

Quod si reus aliquos locos in tortura nominave-
rit, vel alia delicta à se perpetrata manifestaverit, eo
planè modo, quo dictum fuit, omnia die sequenti ex-
tra locum torture à reo debent ratificari, quæ vixerit
salis est regula, quoties veritas aliqua à reo per tor-
menta extrahitur.

Si verò reus tam in prima, quam in secunda tortu-
ra confessionem factam ratificaverit, & recuset, vel revo-
care

care conetur; deinde illi est repetenda tortura, ta-
meris alia non supererunt indicia. Confessio enim
per tormenta expressa novum creat indicium ad tor-
turam, vt ab omnibus in praxi observatur. Tortura
verò ad tertiam vltque vicem protrahi potest, ne tor-
tura in infinitum habeatur.

Porro si Consiliarius rei intra illum terminum
trium dierum comparuerit, voce, vel scripto aliquid
in rei favorem allegando; à Iudice benignissimè est
audiendus, & allegationes ipsius ad verbum perle-
gendæ, & de contentis in ipsis illa ratio habenda erit,
quæ de iure habenda est: & ipsæ allegationes insu-
rantur in ipso processu post dictam citationem ad
concludendum in causa. Deinde citetur tam reus,
quam Consiliarius ad audiendam sententiam diffini-
tivam: quæ si aliqua rationabili de causa in eodem
Monasterio, in quo reus est incarcerationis, promulgari
non possit: tunc concipiatur decretum ipsius citatio-
nis, vt infra. Si verò promulganda sit in eodem Mo-
nasterio; tunc verò Actuarium decretum ipsum illis
intiner, & intimationem in actis referat. Decretum
verò scribatur in hac forma.

*Forma decreti citationis rei ad audiendam diffinitivam
sententiam.*

Visis, & consideratis omnibus deductis pro parte
N. rei in sui defensionem, & omnibus alijs in proces-
su productis, ac probatis. Visum fuit præfato R. P. N.
de N. Provinciali Ministro mandare, vt citetur N.
reus, & Consiliarius ipsius ad audiendam sententiam
promulgandam in Monasterio pro die N. mensis N.
anni N. prout præfati decreto citantur. Dat. &c. In
Monasterio N. die N. &c.

Fr. N. Provincialis Minister.

Deinde per Actuarium infra scriptum fuisse inti-
matum prædictum citationis decretum N. reo, & N.
suo Consiliario; in fide manu propria me subscripti.
Die N. mensis N. anno N. à quo supra.

Ego Fr. N. Actuarium.

De reo, qui mutavit Provinciam, vel fugam arripuit.

Quoniam interdum contingit reum post delictum
committum à Superioribus in aliam Provinciam mu-
tari: si processus à Ministro Provinciali illius Provin-
cie, in qua crimen perpetratum fuit, inchoatus fuerit,
ab illius obedientia, ac iurisdictione ob Provincie
mutationem non eximitur; vt constat ex cap. *Præpa-
suisli, de foro compet. l. Heres, §. 1. §. Si quis, ff. de iudi-
ce.* Qua propter eo petente, ad suum forum revocari
debet, vt tamquam proprius Iudex illius causam cog-
noscat, ac terminet.

Si verò ante illum mutationem nullus processus in-
choatus fuit, causa ad alterum Ministrum Provincia-
lem, cui tunc subiectus est, devolvitur: à quo etiam
iudicari debet; vel ad Generalem Ministrum transfe-
renda est, qui tamquam communis Iudex, & ratione
delicti, loci, & personæ poterit ad penam contra
reum procedere.

Quod si reus, inchoato processu, vel ex Monaste-
rio, vel ex carceribus fugam arripuerit, in actis
scribantur tempus, locus, modus, atque alie circum-
stantie ipsius fugæ, verò contra ipsum, vel contra
contumacem Iudex procedat, servatis servandis:
ac in primis ponderet Iudex, vtrum iudicia collecta,
ex deactis in processu informativo legitima, ac suf-
ficientia sint, necne. Quod si ea legitime probata, ac
sufficientia ostenderit, monitorium, seu citationem
formet in hoc modum.

Forma monitorij ad comparandum.

Nos Fr. N. Provincialis Minister Iulius Provin-
cie N. Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum, Ti-
bi N. de N. tenore præsentium præcipimus, & ex-
pressè mandamus, quatenus infra tres dies proxime
futuros ab executione computandos: quorum primus
dies pro primo, secundus, pro secundo, tertius pro
tertio, & peremptorio termino tibi assignatur, sub
pena confessorum criminum, & delictorum de
quibus imputaris, & suspensionis, & privationis om-
nium officiorum Ordinis debeas coram nobis per-
sonaliter per temetipsum comparuisse, & te præsen-
tialiter ad te ipsum excusandum, excusandum, & de-
fendendum ab infra scriptis criminibus, & excessibus
per te commissis, & patris. (Hic inferatur tota ad
verbum facti criminosa series cum omnibus suis cir-
cumstantijs, locis, temporibus, & alijs accidentibus
alicuius momenti.) His ergo per actis, in fugam te
dedisti, penas propterea in dictis legis penalibus,
ac Canonibus, Summarumque Pontificum, atque
Conciliorum Decretis impositis, & inflictis, temere,
& damnabiliter incurtendo, rebique alijs, &c. alio-
quin, &c. Volumus autem præfens nostrum monito-
rium tibi personaliter, si persona tua commode habe-
ri poterit; sin autem cella tue solite habitationis, &
ad valvas Refectorij copijs illis affixis præfentari,
Illudque monitorium sic executum, ita coarctare, &
afficere, ac si personaliter, ac magis legitime execu-
tum foret. Certificantes nihilominus, quod si in di-
cto termino non comparueris; Nos servatis qua-
tuor terminis in similibus servatis solitis iuxta stylum
curiæ nostræ ad declarationem incurtus penarum
prædictarum, illarumque legitimam executionem,
contra te procedemus, sive procedatur, continuata,
& absentia tua, ac alijs in contrarium forsam facien-
tibus, non obstantibus quibuscumque. In quorum fi-
dem, &c. Dat. &c. Die, &c.

Fr. N. Minister Prov.

Fr. N. Actuarium.

Formatum hoc pacto monitorium Actuarium exe-
quatur, atque a tergo monitorij scribat. Affixum fuit
prædictis locis die N. relationem dictæ executionis
referat in actis, & postea dicto termino trium dierum
in Monasterio assignato, qui currere incipit à die exe-
cutionis exclusive, omnis alijs citationibus, quæ in
solemnioribus iudicijs, Fisco vrgente, fieri solent. Iu-
dex feret sententiam declaratoriam incurtionis pen-
narum prædictarum forma, & quo inferius exarabitur.

VARIÆ FORMULÆ SENTENTIARUM.

Forma sententiæ interlocutoriæ pro accusatoris, vel testium repulsione.

Nos Fr. N. de N. Provincialis Minister visa, & attendente exceptione data per N. de N. accusatorem suum, vel testem ab accusatore productum, de quo similiter supra, qua illum, vel illegitimum ab accusando, vel testificando repellendum fore, instantè postulat, eo quod infamis sit, vel inimicus, &c. attendentes exceptiones propositas esse veras, & sufficienter probatas, de consilio RR. PP. Diffinitorem dictum N. accusatorem, seu testem, vel infamem, vel inimicum, &c. decernimus ab accusatione, seu testificatione repellendum fore, prout illum presentè decreto repellimus, & inhabilem, ac illegitimum accusatorem, vel testem declaramus, & consequenter dictum N. accusatorem propter illius accusationem, aut testimonium, non esse fatigandum: & id non solum prædicto, sed, & omni meliori modo. Dat. &c. In Conventu, &c. Die, &c. Mensè, anno.

Fr. N. Minister Pro.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Actuarius.

Forma sententiæ declaratoriæ favorabilis.

Sententiæ declaratoria fertur, vel in favorem, vel in odium rei, cum de aliquo crimine ab aliqua dignitate adeunda exceptus, aut de crimine obiecto se purgaverit, ac immunem ostenderit, aut de illo convictus extiterit. Cum igitur obiectum crimen diluerit, sententiæ hoc modo formanda est.

In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Gloriosissimæ Virginis, & B. P. N. Francisci. Amen. Christi nomine invocato, Nos Fr. N. de N. Provincialis Minister huius Provincie N. S. Francisci Ordinis Capuccinorum, Visus, ac diligenter consideratis omnibus, & singulis in causa, & causis coram nobis ætatis de & super exceptionibus contra Fr. N. de N. propositis à P. Fr. N. de N. de quibus in processu propterea à nobis fabricato constat: habitoque super his RR. PP. Diffinitorem consilio, Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat per hanc definitivam sententiæ.

Christi nomine repetito. Dicimus, sententiæ, pronuntiamus, definimus, & declaramus d. P. N. de N. à criminibus in huiusmodi exceptionibus contra illum propositis immunem esse: illumque velut innocentem ad quascumque dignitates, & officia in hac parte habilem declarandum duxi, dictum fore, & cum prout illum pronuntiamus, ac declaramus habilem esse in hac parte, & ad quascumque dignitates, eligi, & electum confirmari posse, non

solum hoc, sed, & omni meliori modo. Lata, lecta, & publicata fuit hæc sententiæ in nostro Monasterio N. presentibus testibus ad hoc vocatis N. & N. die N. mensis N. anno N. in cella nostræ solite residentie præfati adm. R. P. Provincialis Min.

Fr. N. Pro. Min.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Diffinitor.
Fr. N. Actuarius.

Forma sententiæ declaratoriæ ad excipiendum reum à dignitatibus, &c.

In nomine, &c. Nos Fr. N. de N. Prov. Christi nomine repetito, dicimus, &c. declaramus dictum P. N. de N. de criminibus in huiusmodi exceptionibus contra illum propositis fuisse convictum, seu infamam, propterea inhabilem ad quascumque dignitates declarandum fore, & esse, prout illum ad eas inhabilem sententiæ, & declaramus: aded quod ad eas eligi, aut electus in eis nequeat confirmari: & id non solum hoc, sed, & omni meliori modo. Dat. &c. Lata, & lecta, &c.

*Subscriptions solite.**Forma sententiæ declaratoriæ pro incurfa penarum.*

In nomine, &c. Nos Fr. N. &c. Christi nomine repetito, dicimus, & declaramus dictum P. N. de N. à criminibus contra ipsum propositis immunem esse, & non contravenisse Canonibus, ac legibus Pontificijs, & consequenter in penas in ipsis taxatas non incurrisse; vel è contra contravenisse Canonibus, ac legibus Pontificijs, & consequenter in penas in ipsis taxatas incidisse, prout illum ad eas subeundas teneri sententiæ, & declaramus, hoc, & omni meliori modo. Dat. &c. vt supra.

Hæc forma sententiæ, mutatis mutandis, Index vti poterit contra reos contumaces.

Forma sententiæ condemnatoriæ sine expressione causæ.

In nomine, &c. Christi nomine invocato, &c. Nos, &c. visus, ac diligenter, & discussis omnibus, & singulis in causa, & causis coram nobis ætatis de N. de N. & super his, de quibus in processu propterea à nobis confecto, de consilio RR. PP. Diffinitorem pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, vt de illius vultu nostrum iudicium prodeat, per hanc nostram diffinitivam sententiæ, Christi nomine repetito, dicimus, sententiæ, declaramus, pronuntiamus, ac definimus dictum N. de N. culpabilem, & de iure punibilem fuisse repertum, in penamque gravius culpe incidisse: ideoque illum ad dictam penam condemnandum fore, & esse, prout illum condemnamus, & sententiæ ad eam peragendam in iuribus, &c. (expressantur penæ per sententiæ taxandæ.)

Re.

Reservantes à R. P. Generali pro tempore existentis ex certa scientia, & expressis, quatenus dictam penam liberè mitigare, relaxare, aut mutare valeat, si & quando sibi visum fuerit expedire, & id non solum hæc, sed omni meliori modo.

Lata, lecta, &c. vt supra.

*Subscriptions, vt supra.**Forma sententiæ absolutoriæ pro torto, vel iudiciato.*

In nomine, &c. Christi nomine invocato, Nos, &c. Christi nomine repetito, dicimus, sententiæ, declaramus, & pronuntiamus dictum N. de N. ex deductis in dicto processu non fuisse repertum de iure punibilem de crimine, aut criminibus, de quo, aut quibus fuit inquisitus, vel denunciatus, vel accusatus. Quare illum à presenti iudicio, ac instantia absolvimus, & liberamus absolutumque, ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo, lata, lecta, vt supra.

Forma sententiæ absolutoriæ simpliciter.

In nomine, &c. Christi nomine invocato, &c. Christi nomine repetito, dicimus, sententiæ, declaramus, pronuntiamus, & definimus dictum N. de N. non fuisse repertum culpabilem, nec de iure punibilem, sed prorsus immunem à crimine, de quo fuit accusatus, vel denunciatus, vel inquisitus. Idcirco tanquam de tali crimine innocentem absolvimus, & liberamus, absolutumque, ac liberatum declaramus hoc, & omni meliori modo, lata, lecta, vt supra.

*Subscriptions, vt supra.**Praxis servanda in appellationibus.*

Sacr. Trid. Conc. prohibet appellationes admitti, nisi à definitivâ sententiâ, vel ab habente vim definitivâ, vel ab interlocutoria gravamen irreparabilem continente. Definitivâ sententiâ est, quæ decidit penitentialem causam in iudicium deductam. Vim sententiæ definitivæ habet, quæ fertur super vno articulo causæ substantiali, vel etiam totam causam perimit, licet indirectè, vt si quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem. Interlocutoria verò est omnis iudicis decisio super intercedentibus ante definitivam. Gravamen denique irreparabile est omnis actus, qui retractari non potest, & quo mandato executioni, pars gravata appellatione non subleatur, vel sine difficultate, & sine præiudicio sublevari non potest; vt incarcerationio, tortura, excommunicatio, suspensio, interdictionum, Dubium videbatur de incarceratione: an esset gravamen irreparabile Sac. Congreg. Conc. consultum S. D. N. qui declaravit incarcerationem inter gravamina irreparabilia esse reponendam: & ideo ab ea appellare posse, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & processum transmittere ad Iudicem appellationis. Interim tamen, reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis causâ cognita aliud mandaverit, vt refert Quaranta v. *Archiepiscopi auctoritas, in addit. num. 2. versus finem.*

Quoad regulares autem statuit, ne in causis visitationis correctionis morum, & criminalibus executioni sententiæ appellatione suspendatur: quod tamen intelligendum est, cum Iudex ordine iudiciali non procedat, & de gravamine per definitivam sententiâ irreparabile non agitur. Ita explicavit Sac. Congreg. Episcoporum, ex viva vocis oraculo S. D. N. Clementis VIII. his verbis. In causis verò visitationis Ordinariorum, ac correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantum admittantur, nisi de gravamine per definitivam irreparabili agatur. Vel cum Visitator, citata parte, & adhibita causæ cognitione, iudicialiter procedit: tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

His igitur observatis cum Regularibus appellare liceat, hand necesse est ordinem iudicialium, qui in appellationibus adhiberi solet, vsquequaque apud illos servari, cum de plano, ac sine strepitu in suis causis cognoscendis procedunt: quo fit, vt nec appellationem in scriptis, dato libello, proponi, neque Apostolos postulari, neque eorum traditionem intra triginta dies fieri opus sit: at verò factis erit, vt qui se à Iudicis sententiâ prægravatum sentit, verbo tenus coram Iudice appellet, Iudicis ad quem nomen exprimat, gravamen, causamque gravaminis patefaciat: quæ Actuarius scripto excipiat, atque in actis reponat.

Interim Index, à quo appellatur, prosecutionis ipsius appellationis tempus præscribere, ac litteras de huiusmodi appellatione ad Iudicem, ad quem datur poterit, vt quid agendum sit, illi innotescat.

PRAXIS SECUNDA.

Iuxta modum procedendi via denuntiationis iudicialis.

Iudex via denuntiationis iudicium auspicaturus denuntiationem in primis, vel in scriptis oblatam, vel ore tenus prolatam, & ab Actuario in scriptis redactam, recipiet; postquam à denuntiatore de fraterna admonitione præmissa, vbi ea necessaria est, certior factus fuerit.

Sed quoniam denuntiationem triplicem de causâ fieri contingit. Prima, ad ipsius denuntiantis damnum reparandum. Secunda, ad aliquem à dignitatibus excipiendum. Tertia, ad aliquod publicum, vel privatum damnum, aut scandalum evitandum. Cum denuntians proprium tantum damnum prosequitur, processus hoc modo inchoandus erit.

Coram nobis P. N. de N. Prov. Min. comparuit Fr. N. de N. & per modum denuntiationis hijs verbis exposuit.

Forma denuntiationis pro restituenda fama denuntiantis.

In nomine Domini, &c. Coram vobis N. Prov. Min. comparuit Fr. N. N. eique per modum denuntiationis exponit, qualiter N. non cessat ipsius famam denigrare, cuius rei testes sunt N. & N. et cum saepe ab eo

admonitus fuerit, ut ab huiusmodi calumnijs abstergeret; haud tamen desistit, sed in deterius prolapsus est: quia propter eum denuntiat R. P. V. non odio, aut malevolentia, sed bono zelo, & ut ipsi Fratri salutis provideatur, & sibi sua fama restituatur. Dat. &c. In Monasterio N. die N. &c.

Ego N. sic denuncio.

Forma denuntiationis pro inflamando damno denuntiantis.

In nomine, &c. coram vobis R. P. &c. comparet N. eidemque per modum denuntiationis exponit, qualiter N. quadam die de cella ipsius comparente furto subripuit scripta ipsius quadagesimalia: cuius rei testes sunt N. & N. illaque retinet contra voluntatem ipsius comparentis, & denuntians: & licet sepius requisitus, non vult restituere: quia propter illum denuntiat R. P. V. &c. ut dictus N. cogatur, & compellatur ad dicta scripta quadagesimalia restituenda: idque non animo malevolens, sed ut provideatur salutis dicti Fratris, & ipsi sua scripta restituantur. Dat. &c.

Ego Fr. N. sic denuncio.

Oblata huiusmodi denuntiatione, Iudex reum citare debet ante examinationem testium: nam cum hoc iudicium sit civile, testes non examinantur pro informatione curiae, ut in criminalibus fit. Idcirco, si denuntians, antequam coram Iudice compareat, famam, vel quadagesimalia denuntianti restituerit; Iudex ultra in causa procedere non possit. Partis enim satisfactio sequuta, cessat actio iudicialis civilis, nisi à Iudice per novam iudicij relam, criminale iudicium instituitur: vel si denuntians à Iudice requisitus, extrajudicialiter famam, aut librum quadagesimalium restituerit. Minimè Iudici opus esset, testes examinare, aut ad vltimum iudicium procedere, nisi causam ad forum criminale deducere voluerit: quod tamen passim fieri non debet, praesertim cum Iudici constet de emendatione Fratris.

Quod si interdum rei gravitas postulet, ut Iudex ex officio, de ipso delicto inquirat, Iudex novam iudicij relam exorturus, ita processum inchoet.

Decretum de inquirendo pro vltiori iudicio.

Quoniam ex denuntiatione facta coram nobis à N. contra N. de subtractione quadagesimalis pro illius restitutione, vel de inhabilitate ad excipiendum illum ab electionibus, innotuit crimen furti, vel simoniacae contra dictum N. Idcirco ne dicta impunita remaneant, contra illum decrevimus ex officio procedere, reproducendo omnia, quae adversus ipsum prodita, ac probata sunt in priori iudicio denuntiationis. Dat. &c.

Fr. N. Pro. Min.

Fr. N. Actuarius.

Atque eosdem testes rursus examinet, ac procedat, sicut dictum est in praxi inquisitionis.

Si verò denuntiatio fiat ad aliquem à dignitatibus excipiendum; denuntiatione hoc pacto formanda est.

Forma denuntiationis ad excipiendum aliquem à dignitatibus, vel adepti, vel adipsiendis.

In nomine, &c. coram RR. PP. Prov. Min. & Diffinitoribus huius Provinciae N. personaliter comparet N. de N. & excipit contra N. de N. denuncians illum esse hominem scandalosum, ebriosum, & signatus quidam mulierem ad peccatum sollicitasse; cuius rei testes sunt N. & N. propterea dicit non esse admitendum ad Provincialatus officium (et si admittus est) electionem de ipso factam omnino irritandam esse: idque non odio, aut animo calumniandi, sed publica Religionis bono ductus denunciat. Dat. &c. Die N. mente N. anno N.

Fr. N. de N. ita denuncio.

Si R. P. Provincialis Minister, ac Diffinitores praedictam denuntiationem, iuxta praescriptum nostrum procedendi modum acceptandum iudicaverint; processum hoc modo instruant.

Coram nobis RR. PP. Prov. Min. & Diffinitoribus huius Provinciae N. comparuit N. de N. et per modum denuntiationis his verbis exposuit (hic inferatur denuntiatio) quia denuntiatione visa, ac confiderata, dictus R. P. Prov. Min. vna cum RR. PP. Diffinitoribus propositam denuntiationem, & exceptionem acceptavit, si & in quantum omni meliori modo, Actum, &c. In Monasterio N. mensis, die, anno N. & per Actuarius descripta.

Fr. N. Actuarius.

Si Iudici adversus exceptum in denuntiatione procedendus fuerit, primum decretum formetur, hoc pacto.

Decretum de procedendo.

Cum igitur ex denuntiatione facta coram nobis à Fr. N. contra N. supra dicta in notitiam venerint; decrevimus in causa procedere dictum denunciatorem, & productos testes, & alios, quos oportebit examinare, & praedictum N. ut reum constituere; si & in quantum iuris fuerit; eligentes Fr. N. in Actuarius huius causae cum potestate eundem mutandi, prout visum fuerit. Actum, &c. In Conventu N. die, mensis, & anno N.

Fr. N. Minister. Pro. Min.

Fr. N. Actuarius.

Tunc verò ad denunciatorem primum, deinde ad testium examen procedat, quemadmodum statim explicabimus.

Postremò. Si denuntiatio ad aliquod crimen publicum, vel privatum tollendum, vel puniendum instituta sit; denuntiatione hoc pacto formari debet.

Forma denuntiationis pro quolibet crimine.

In nomine, &c. coram R. P. N. de N. Prov. Min. comparet Fr. N. de N. qui neque odio, aut malevolentia, neque animo calumniandi ductus, sed zelo duntaxat, ac publico Religionis bono permotus per modum denuntiationis exponit, Fr. N. de N. suspic-

PRAXIS TERTIA.

Iuxta tertium procedendi modum, qui est via accusationis.

Supereff de via accusationis, ac illius praxi pauca duntaxat dicere, ut quae ad hunc procedendi modum sigillatim spectant, Iudex suo ordine digesta habeat.

Diximus via accusationis Iudicem processum instruere non posse, nisi accusator legitimus addit, qui accusationem, aut scripto, aut verbo tenus, illico tamen in scriptis ab Actuario redigendam porrigat, ut habetur cap. Nihil 2. quae 1. 1. cap. Dignitas 3. quae 1. 9. de accusationibus. Forma igitur accusationis haec erit.

Forma libelli accusatorij.

Coram vobis R. P. N. de N. Prov. Min. huius, &c. personaliter comparet N. de N. cuique per modum accusationis exponit, qualiter N. de N. ipsum accusantem aggressus est ferro, & tentavit ipsum vulnerare, nisi se in fugam celeritè decedisset: cuius rei testes exhibet N. & N. qui dictum N. ipsum aggredientem viderunt. Qua propter non odio, aut malevolentia ductus, sed zelo tantum iustitiae motus, ut scelera impunita non remaneant; iustitiam, ut dictus N. puniatur omni meliori modo. Dat. &c. In Conventu N. die, mensis, anno N.

Ego Fr. N. de N. accusator.

Propositam accusationem, si Iudex acceptandam esse iudicaverit, processum hoc modo incipiat.

In nomine Domini, &c. Anno à Nativitate Domini, &c. Die N. mensis N. anni N.

Coram R. P. Prov. Min. N. de N. personaliter comparuit N. de N. & portavit quandam cedulam accusatoriam contra N. de N. cuius institutum est coram vobis R. &c. finis verò omni meliori modo, Ego Fr. N. de N. accusator, & iussit procedi contra dictum N. de N. testes examinari, prout in cedula.

Quo audito, praefatus R. P. eidem N. de N. protestatus est illum ad pnam talionis peragendam obnoxium iri, nisi delictum in accusatione propositum contra N. de N. legitime probaverit. Idcirco illum admonere, ut rem mature consideret: cui admonitioni, cum dictus N. de N. accusator respondisset, se ad omnia paratum fore, eidem mandavit, ut se ipsum subscribat perna talionis, si in probatione defecerit, prout se ipsum subscripsit.

Ego Fr. N. me subscribo perna talionis,

si in probatione defecerit.

Et cum ritus instaret in causa procedi, praefatus Prov. Min. eidem iuramento detulit, quod non animo calumniandi huiusmodi deposuerit, prout tacto pectore, vel scripturis, iuravit. Quo iuramento habito, praefatus R. P. &c. accusatorem accepit, si, & in quantum omni meliori modo. Acta in Monasterio N. in cella solite residentiae praefati R. P. Prov. Min. praesentibus N. & N.

Et cum quadam muliere consortium habere, de quo sepe admonitus, noluit respicere: quod se audivisse (si tantum audivit à viris fidedignis, vel si vidit se vidisse dicit, cuius rei testes esse possunt N. et N. qui hoc ipsum viderunt: quod cum in grave Religionis detrimentum aliorum scandalum, ac dicti N. salutis perniciem cedat; factum istud denunciat, ut eidem provideat de iure, & omni meliori modo, quod non verit expedire. Dat. &c. In Conventu, &c.

Ego Fr. N. de N. sic denuncio.

Processus verò inchoari poterit, ut supra. Deinde Iudex, praesertim iuramento, denunciatorem super denunciatis interroget hoc modo.

Forma interrogandi denunciatorem super denunciatis.

In nomine, &c. Die N. mensis N. anno N. coram praefato R. P. &c. vocatus dictus Fr. N. denunciatore atatis N. Religionis N. officio N. et delato et iuramento de veritate dicenda super denunciatis, prout iuravit tacto pectore, vel Sacris Scripturis, ad opportunas interrogaciones respondit, ut infra.

Interrogatus: Vnde scit ea, quae denunciavit, & an ea viderit, vel audierit? Si respondit se auditu accepisse.

Interrogatus: A quibus, quo tempore, quo loco, quibus praesentibus, audierit? Formando singulos de quolibet interrogacionis articulis, quovisque ad primum, & caput aliorum pervenerit, à quo fama illius criminis originem hauserit.

Si verò dicat se vidisse, tunc opportuna interrogatoria instituat hoc modo.

Interrogatus: Quid viderit à praedicto Fr. N. fieri propter quod suspectum consortium cum muliere collegerit? Resp.

Interrogatus: Quoties id viderit? Resp.

Interrogatus: Quomam in loco essent, & quo tempore? Resp.

Interrogatus: Quinam praesentes adessent? Resp.

Interrogatus: An dictus N. solitus sit in similibus delinquere? Resp.

Interrogatus: An fuerit alias inquisitus, denunciatus, vel diffamatus de huiusmodi crimine, & an de illis fuerit condemnatus, ac penitentians? Resp.

Interrogatus: An ipse denuncians cognoscat dictum N. esse huiusmodi hominem delicto assuetum, & nisi à Praelatis corripitur, ac puniatur, absque freno illud committeret? Resp.

Interrogatus: An frater nam admonitionem praemiserit? Resp.

Interrogatus: An de tali delicto extet publica fama apud alios? Si responderit famam esse de delicto, Interrogatus: Vnde orta sit ista fama? et alia perquirat, quae ad famae probationem spectant, ut in Superioribus explicatum fuit.

Exploret denunciatoris examine, iubeat cum proprio examine se ipsum subscribere: deinde ad aliorum testium examen procedat, reum constituat, sententiam pronuntiet, atque alia iuxta formam superius in prima praxi traditam, perficiat.

Suscepta igitur accusatione, Index testes ab accusatore productos iuxta formam in prima praxi præscriptam examinet, eo excepto, quod ubi ibi dicitur (in primam vocatus) hic dicatur, in testem productus.

Testibus vero ab accusatore productis hoc modo examinatis, ac illorum depositionibus diligenter consideratis, si eos, aut singulares, aut varios, aut discordes, aut alias nihil concludentes invenerit; Index accusatorem moneat, ut vel ab accusatione desistat, vel alios testes producat: interea à rei constitutione abstinere, si accusator desiterit, ac se ipsum iudici humiliaverit: levi poenitentia à iudice corrigi poterit, & accusatus à iudicio absolvi.

At vero si accusator in accusatione persistat, atque alios testes proferat, qui examinati nihil pro accusatore concludant; pro talionis pena alia extraordinaria gravi à iudice plectatur, ut in posterum ab illegitima accusatione sibi caveat.

Cætera, quæ tam circa testes, quam circa reum agenda sunt, in prima praxi satis fuscè sunt explicata. Vbi id tantum observandum erit, ut pro inquisito, aut denunciatio accusati, aut accusatoris nomen supponatur.

Quomodo Index delegatus se gerere debeat?

Restat tantummodo ad iudicem delegatum instruendum, brevem, ac postremam praxim subnectere: in qua illud primum observandum, quod quicumque est Index Ordinarius, ius habet alteri delegandi vnam, vel plures causas. Forma autem delegationis talis erit.

Forma delegationis faciendæ ab Ordinario super quacumque causâ.

R. P. N. de N. Concionatori, &c. Guardiano, &c. Fr. N. Generalis, vel Provincialis Minister salutem in Domino. Cum ad Nos N. de N. Generalem, vel Provinciale Ministerum per clamorosas insinuationes à personis fidedignis delatas, pervenerit, vel per iudiciale denunciationem, vel accusationem declaratum fuerit N. de N. Laicum, vel Clericum, vel Sacerdotem N. facinus perpetrasse, optantes maturius, ut nostri muneris est, aut rei gravitas exposcit in hac causa procedere: quod quidem gravioribus negotiis præpediti per nos, id officij præstare non possumus; consili de tua integritate, doctrina, ac industria, tibi mandamus, ut ad Monasterium N. te conferas ibique inquisitionem instituas, testes examines, processum comples, & in ipso processu complendo possis carceri, & rigore examine, adversus quoscunque nobis subditos, vti; procedendo per torturam, servata iuris forma, ac nostrarum institutionum iudicialium præscripto, usque ad definitivam sententiam exclusive, vel inclusive. Quam ob rem his præsentibus litteris, totam eam auctoritatem tibi impertimur, quæ à Sancta Sede Apostolica vigore privilegiorum nobis indulta est, & quæ nobis iure ordinari-

rio competit. Insuper tenore præsentium facultatem concedimus examinandi testes Laicos, medio eorum iuramento de consensu Ordinarij, si congruè, & absque scandalo fieri poterit: atque alia præstanti, quæ ad hanc causam expediendam pertinent. Denique præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub alijs poenis, nostro arbitrio imponendis, omnibus, & singulis Fratribus, tam dicti Conventus, quam aliorum, ut omni mora postposita in his, quæ concernunt, celerem, ac legitimam huius causæ expeditionem cum annexis, & connexis sibi habeant. Dat. &c. In Conv. N. die N. mensis N. anno N.

Ego Fr. N. Gen. vel Prov. Min.

Locus sigilli.

Forma procedendi à iudice delegato.

Accepta per litteras delegatione, Index delegatus ipsam delegationem prius diligenter perpendat, & si ad vnam, si ad plures causas delegatus fuerit, si in litteris delegationis expressè habeatur electa industria persone per illam clausulam: *Consilia de tua integritate, & industria*; noverit se, neque vnam, neque plures causas alteri subdelegare posse, quamvis sit delegatus à Generali, vel à Papa, ut alias diximus.

Hac consideratione prælibata opportuno tempore ad præfixum Monasterium se conferat. Porro antequam causæ processum aggrediat, suæ delegationis mandatum domus Superiori manifestet, & coram Fratribus palam legi iubeat. Tunc vero processum hoc modo incipiat.

In nomine Domini. Amen. &c. Anno à Nativitate Domini, die N. mensis N. anno N.

Coram R. P. N. Gen. vel Prov. Min. virtute litterarum suæ delegationis datarum sub die N. mensis N. anno N. loco N. ut ex ipsis constat manu ipsius à R. P. Gen. vel Provincialatus officij sigillo munitarum, quarum tenor est.

Cum ad nos, &c. personaliter comparuit N. de N. & accusationem, vel denunciationem proposuit contra N. de N. his verbis (hic inferatur accusatio, vel denunciatio de verbo ad verbum.)

Quo audito, præfatus R. N. de N. eidem N. accusatori protestatus est penam talionis, ut supra, &c. & mandavit, ut se ipsum illi subscriberet.

Vel si denunciator fuerit eidem, iuramentum detulit, quod non animo calumniandi, sed bono zelo ductus illum detulerit: & alia, ut supra.

Si per viam inquisitionis procedere debeat; forma hæc erit.

In nomine, &c. ut supra. Cum ad aures adm. R. P. N. de N. Generalis, seu Provincialis Minister, fama deferrenti, clamorosaque insinuatione protequenti, non semel, sed sæpius, nec à malevolis, aut improbis, verum ab honestis viris pervenerit, quod N. de N. tale facinus perpetraverit; de illius mandato R. P. N. de N. Index ab ipso delegatus: virtute litterarum suæ delegationis datarum sub die N. mensis N. anno N. loco N. manu ipsius admodum R. P. Generalis, aut Provincialis sigillo munitarum, quarum tenor est.

Cum

Cum ad Nos, &c. decrevit contra dictum N. de N. informationes summere, & iuxta iuris depositionem, & instructionum nostrarum præscriptum procedere omni meliori modo, electo sibi N. de N. Actuario in hac causa. Act. &c. In Monast. N. die, mense, anno N.

Fr. N. de N. Index delegatus.

Fr. N. de N. Actuario electus in hac causa.

Cætera, ut in proprijs formulis iacent, præsequantur, iuxta fines, ac terminos suæ delegationis, quos nullo modo præterire debet; mutato Prov. Min. nomine in nomen Iudicis delegati.

Atque hic huius praxi, ac totius nostri directio-

rij iudicialis finis sit: in quibus, cum ea dumtaxat, quæ tam ex iure communi, tum ex nostro municipalibus, necnon ex probata, ac quotidiana Regularium praxi exprompta sunt, prosequutus fuerim; in his tutam, ac expeditam Regularium Iudices ad iudicia legitime peragenda viam reperient.

Quapropter, si meus hic qualicumque labor, qui ad Dei Opt. Max. gloriam, & communem Religionis commodum à me institutum est, his non ingratus fuerit, Deo acceptum ferat, ac pro meo peccatore (quod humiliter posco) precibus ad Deum fundantur.

TRATADO QUINTO. QUE CONTIENE LAS CONSULTAS pertencientes à la expulsion de los Regulares, así positiva, como negativa.

En la Consulta primera se toca todo lo concerniente à la expulsion positiva, así por Derecho comun, como estante el Decreto de Vibano VIII. quien pueda expeler de la Religion, y en què forma se deba hazer la expulsion: y si à los expulsos se les deban dar letras testimoniales, y en què forma?

En la segunda se tratarà de la expulsion negativa, y de los requisitos para ella, especialmente en nuestra Religion.

Y en la tercera *Ultra* de tratar de otra expulsion positiva, se preguntan, y resuelven otras muchas cosas, y es todo como se sigue.

CONSULTA PRIMERA.

Acerca de la expulsion positiva.



N Religioso ha cometido un delito grave, y de no expelerle se teme prudentemente, y con grande fundamento, por su mal natural, depravadas costumbres, y relajado modo de vida, que cometerà otro semejante, ó mayor, con detrimento de los flacos, escándalo de Seglares, y descredito grave de la Religion. Preguntase, pues, si dicho sugeto podrá ser expellido, sin observar la forma del Decreto de Vibano VIII. de ecclis. & fugiatis, dado en Roma à 21. de Septiembre de 1624. el qual se hallarà en el Bulario, tom. 4. fol. 40. y en Basseo tom. 1. verb. Relig. 62. num. 3. fol. 737.

de el Religioso ser expellido licita, y validamente de la Religion. Esta suposicion es comun de los DD. y consta del cap. *Relatum, ne Clerici, vel Monachi*, del cap. *Cum ad Monasterium*, cap. *Ea que*, de *statu Monachorum*, cap. *Resecanda*, cap. *Illud 24. quæst. 3.* y de otros. Item, de diversos privilegios Pontificios, de la practica de las Religiones: y de la razon natural, que dicta es mejor perezca vno, que no el todo; y que la oveja contagiada debe ser apartada del rebaño, porque no pegue el contagio à las demàs; y finalmente de la practica de todas las Republicas, así Ecclesiasticas, como Seglares, las quales vnan en semejantes casos de descomuniones, y destierros, expellendo de la Republica los facinorosos que la perturban: Ergo, &c.

Suposicion primera.

2 Supongo lo 1. Que aviendo justa causa, pue-

Suposicion segunda, y tercera.

3 Supongo lo 1. Que la causa justa para la expulsion